

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Carmina in laudem B. Mariae Virginis multorumque  
sanctorum**

**Brant, Sebastian**

**[Basel], [nicht vor 1494]**

Ad diuū Valentinū presulē

[urn:nbn:de:bsz:31-290354](#)

# Ad diuū Valentīnū presulē

Sanctissimū.

Sebastianus Brant.

**T**AUDIBUS o presul iuuat indulgere parumper  
Valentine tuis: dirige diue pedem.  
**H**UC pater o memorande veni: tibi nēpe canemus  
Hymniferas laudes: huc pater oro veni.  
**N**ON tamen insistam precelē nobilitati  
Longius: omnigenis gentibus ista patent.  
**N**AM quis Cēsareo genitū te sanguine nescit?  
Et quis te natum Cēsare forte neget?  
**T**E constans/caput imperii: materq; Beata  
Protulit: o laudis noīa magna tuę.  
**N**AM constans meritis/virtute/amplisq; triūphis:  
Nactus es etherei regna beata poli.  
**S**tēmata spreuisti: pompasq; & inania mudi  
Scēptra: deo soli viuere posse placet.  
**E**t patriam temnens/ac sequo Marte cruentam  
Miliciam: christo sub duce signa geris.  
**P**roq; luto & tésta spretis: gēmata subintrās  
Atria: & ob meritum munera dīgnā capis.  
**I**d tibi quod viuo/rector monstrarat olympi:  
Dum precibus curat languida membra tuis.  
**V**tq; alia obticeam/mirandaq; plurima: per te  
Gesta: quibus lustrat te pater omnipotens:  
Est morbi genus/horrendū/tetrumq; ferūq;  
Hanc epilepsiam dorica língua vocat.

E iiiij

Dicitur a nostris comprehensio rite latinis:

Nam sensus cunctos arripit atq; premit.

Hunc vulgo/a casu/dicunt pleriq; caducum?

Qui cadit: est sensus: est quoq; mentis inops.

Concidit hic subito: spumq; ex ore mouentur:

Alter & inflamas incidit: alter aquas.

Dissoluit quondam comitia cepta: cadebat

Si quis in hoc morbo: nomen & inde manet.

Non hunc phœbigena: nō hūc cū fratre Machaon

Sanat: & Hypocrates: pharmaca nulla valent.

Omnis enim medicas effundit inaniter artes:

Qui putat hoc herbis posse fugare malum.

Solius esse dei curam pleriq; fatentur:

Qui tibi concessit pellere posse malum hoc:

Est tua peonia medicina salubrior herba:

Tu prece: nō granis: fers medicantis opem.

Et quē nec panacē curat: nec Média morbum:

Hunc prece cum modica tu venerande fugas.

Hinc quoq; pro meritis multū mortalia debent

Valentine tuis corpora presidiis.